



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi  
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

**Acquaviva, Claudio**

**Coloniæ Ubiorum, 1616**

85 Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50645)

Tribulationum  
bona.

ta. Puto etiam dies malos mihi esse bonos: & persecutionum, ac pugnae dies non vacuos, sed plenos esse. Siquidem ex afflictionibus, & tentationibus thesauros mihi prouenire facis incomparabiles. Inde enim patientia, inde longanimitas, inde seruos orationis faciem tuam exquirens, inde spes, inde gratiarum actiones ex liberatione, inde humilitatis lucra, inde mundi contemptus, inde coelestium appetitio. Unde & dies Meos, id est, lucri, & consolationis, ipsos etiam dies tribulationis appello, modo facias de persequentibus me iudicium, hostes debellans, & mihi subdens, me illa sum a passionibus, & concupiscentijs seruans.

85 Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non, ut lex tua.

Legis diuinae praestantia.  
*Psalm. 18.*

Iniqui, siue peruersi homines, siue demones, siue innatae concupiscentiae, quae phantasmata in mente depingunt, fabulationes narrant. Alij delectationes legunt, ut intelligamus omnes huiusmodi delectationes fabulas esse. Hebraice, nugas, confabulationes, superfluas naenias, graece *ἀδολοχίας*, id est, garrulitates. Quicquid enim a placitis tuis deuiat, tale est, Sed non, ut lex tua, quae siue praecipiat, siue prohibeat, siue narret, immaculata est, conuertens animas, & sapientiam praestans paruulis.

tulis. Minatur? quasi vinculis malè libera  
 coercet. Promittit? blandissimè allicit. Do- *Virg. 50*  
 cet? Salis placidi vultum, fluctusque quie- *Æn.*  
 tos ignorare, vt ille ait, non permittit.  
 Hæc me ad amorem tuum validè sauciat,  
 ad timorem castum impellit: illuminat,  
 lucerna pedibus: ad portum spei immensis  
 funibus alligat: in medijs fluctibus anco-  
 ris validissimè firmat: me ipsum mihi tan-  
 quam mundissimum speculum repræsen-  
 tat: quæ futura sunt, quasi velata, sine velo  
 manifestat: lucidissimas in æternitate mæ-  
 fiones mirè depingit: faciem tuam in co-  
 ruscatione contemplationis offert: Ange-  
 lorum choris interdum inserit: laudes, &  
 hymnos supercœlestes occinit, & innume-  
 ra præstat: quæ de promptuarijs legis tuæ,  
 & Scripturarum tuarum expromuntur.  
 Comparem ego Pater bone, Pater super-  
 fluais legem tuam, cum hominum dictis,  
 & placitis, & videam an non meritò illa  
 omnia nœnias & fabulationes appella-  
 rim?

86 Omnia mandata tua veritas: iniquè  
 persecuti sunt me, adiuna me.

QVemadmodum hominum, & inimi-  
 corum dicta, fabulationes, & vanitas  
 erant, ita cōtra expertus sum omnia man-  
 data tua veritatem. Veritas enim, non va- *psalm. 4*  
 nitas liberat Sed quousque filij hominum